

Radicis Rhei grana octo,  
Hydrochloratis Ammoniae ferrosi grana sex,  
Corticis Lauri Cassiae grana quatuor.

Misce, fiat pulvis subtilissimus.

**U.** Infestante struma, pulvis per septimanam bis  
cum tantillo eujuslibet syrapi a dormituro noctu capiat-  
tur. Praeterea sumuntur, ut præscriptum, trochisci spon-  
giæ compositi, admoto emplastro ad strumam; vel un-  
guentum bijodidi hydrargyri infricetur.

#### PULVIS SULPHURIS COMPOSITUS.

**Rz.** Sulphuris purificati partes duas,  
Bitartratis Potassæ partes tres,  
Elæosacchari Carvi partem. Misce.

**V.** Leniter alvum sollicitans.

Fœditates cutis, psora, achores, non neglectis ex-  
ternis remediis; morbi pulmonum pituitosi, hæmorrhios.

**D.** Drachma ad duas, e syrupo idoneo, hora deeu-  
bitus. Quandoque bitartras potassæ pro re nata omittitur.

#### PULVIS TANACETI COMPOSITUS.

**Rz.** Florum Tanaceti vulgaris,  
Seminum Santonici, utriusque sesquidrachmam,  
Sulphatis Ferri semidrachmam,  
Pulveris radicis Valerianæ drachmam.

Misce, fiat pulvis, eujus serupulus (ad duo) adver-  
sus lumbricos præcipue valet, bis de die, exhibendus.  
Post aliquot dies catharticon fortius præpinandum est.  
Idem forma electuarii in usu est.

#### RESINA JALAPÆ.

**Rz.** Radicis Jalapæ partem,  
Spiritus Vini rectificati partes quatuor.

Jalapam, in crassum pulverem redactam, per ali-  
quot dies cum spiritu vini digere; dein exprime et

cola per chartam; hoc ter cum nova spiritus quantitate repetes. E liquoribus colatis spiritum destillatione absume et residuo aquam tepidam (illud pondere vicies superantem) adfunde. Resinam dejectam calore lenissimo secca.

#### ROOB JUNIPERI.

Rz. Baccarum Juniperi recentium, maturarum, con-  
quassatarum partes octo.

Ex sufficienti quantitate aquæ communis, donec mollescant, decoque, tune paulum exprimantur per setaceum. Sucens hinc obtentus cum parte una sacchari vel mellis, leniori calore, ad idoneam crassitudinem redigendus est.

V. Eadem, quæ baccarum juniperi communis.

D. Ad uncias duas.

#### ROOB SAMBUCI.

Rz. Baccarum Sambuci nigræ quantum vis.

Succum expressum decapulatumque cola, et leni igne ad extracti crassitudinem evapora.

#### SAPO GUAJACINUS.

Rz. Potassæ liquidæ partem,  
Aquæ ferventis partes duas;  
sub ebullitione leni (movendo massam continuo) suc-  
cessive inspergito:

Resinæ Guajaci pulveratæ quantum  
solvi potest; dein cola, caloreque leni ad spissitudinem  
massæ pilularis evapora.

#### SAPO JALAPINUS.

Rz. Resinæ Jalapæ,  
Saponis oleacei, utriusque uncias duas,  
Spiritus Vini quantum requiritur, ut solvantur;